

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 39. Ad plenam conversionem magni peccatoris magna requiritur  
Dei gratia & misericordia, precibus magnis ordinariè impetranda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

ac sèpè flagellas. Atqui cruciatus hoc est. Verum  
hujusmodi cruciatus salutem ei offert. Eamdem  
igitur erga eos qui peccant rationem tene: vincu-  
lis eum, qui facinus improbum admisit, corere,  
usquedam Deum ipse sibi propitius reddiderit....  
arctioribus divina ira vinculis constringe. Si vin-  
cula ipse insecero, Deus non iam vincet: sin au-  
tem in vinculis eum non tenero, ejusmodi eum  
vincula manent, quae frangi nullo modo queant, &c.  
Videlicet n. 74.

570 Objetit 2<sup>o</sup>. Henneguerus in *Tract. Theologico*, quo demonstratur, &c. ad plenam converti-  
tionem peccatoris, quamlibet invenienti, confuetudinarii, &c. tria solum requirunt, amor Dei super  
omnia, inde natus dolor de peccatis in Deum  
committitis, atque ex utroque derivatum proposi-  
tum firmum & efficax non peccandi de cetero.  
Ergo si primum facile sit, facile est secundum &  
tertium. Sed primum dicto peccatori facile est.  
Ut enim Augustinus. 59. de temp. in reliquis  
operibus bonis potest interdum aliquis qualemcumque  
excusationem pretendere. ... Numquid potest  
dicere, non possum diligere? Et alibi: Quomodo est  
grave, cum sit dilectionis mandatum? Usuave ni-  
mis & dulcisissimum mandatum! exclamat S. Thomae  
a Villanova.

Repondeo negando subfumptum. Tametsi enim  
amar Deum super omnia, amore pleno & efficaci,  
abolutè & per se facile sit, jucundum, & suave  
habent habitum charitatis; per accidens difficile  
est, respectivè ad dictum peccatorum, ob impedimentum  
mundanum cupiditatis, quæ fortissime &  
temerissime facinatur, & alligatur. Et quia amor  
ille non est ipsi possibili nisi ex dono Dei, qui il-  
lud ipsi facile concedere non vult. Ob rationes  
§. 3. & c. 37. §. 5. deducetas.

571 Objetit 3<sup>o</sup>. amor Dei super omnia respecti-  
vè ad dictum peccatorum falem facilis est per  
gratiam, ipsi semper paratam, totieque conce-  
lam, quoties illam ut oportet imploraverit.

Respondeo negando suppositum. Tametsi enim  
gratiam illam Deus semper paret & offerat, voluntate  
antecedenti, eas plenèque subtrahit voluntate  
consequenti, ob frequenter illius abusum,  
potest quem facili illam non restituiri, sed ob ratios  
locis relatis enarratas vult magis precibus,  
seruentibus delictis, & laboriosis operibus implora-  
ri, prout infra ostendemus cap. 41.

572 Objetit 4<sup>o</sup>. usque ad eum peccatoris justificatio  
facile sit, ut in instanti fiat, juxta S. Thomam 1.  
2. q. 113. a. 7.

Respondeo in tantum fieri in instanti, in qua-  
rum gratia sanctificantis infusio sit in instanti; sed  
liberum arbitrium magni peccatoris, praesertim  
invenienti & confuetudinarii, ad eam recipiendam,  
secundum ordinariam divinæ gratiae economiam,  
non disponitur in instanti, nec subito. Et si quan-  
do id fiat, miraculose sit, uti S. Thomam dicen-  
tem non semel vidimus. Nec S. Doctor id dum-  
taxat afferit de iustificatione autonomatice perfe-  
cta per infusionem gratiae & charitatis, seu sanctifica-  
tis perfectæ: verum etiam de iustificatione perfecta,  
qualis communiter & ordinariè acquiritur  
per Pœnitentie Sacramentum. Vult enim S. Do-  
ctor eo modo miraculofanti esse iustificationem  
perfectam impi, quo miraculosa est sanitas per-  
fecta hominis graviter infirmi (illæ quippe simili-  
tudine scipsum explicat) nedum vero miraculosa  
est homini graviter infirmi subitanæ sanitas an-  
tonomatice perfecta, id est sanitas excellenter ro-  
bulita; verum etiam sanitas perfecta, qualis per  
ordinariam curationem communiter recuperari  
solet post gravem morbum; quæ scilicet ager simpliciter dicitur sanitati restitutus, tametli nondum  
excellenter roboratus viribus. Porro (ut bene ob-  
servat Obitarius in Apolog. doctr. de laborioso

bapt.) non eadem in omnibus peccatoribus est  
conversionis difficultas ac tarditas; sed cù major,  
vel minor esse solet, quod magis in corde radicatur  
& tenax est amor creaturæ prædominans, quo pec-  
catur. Unde major esse solet in confuetudinariis,  
quam in recidivis; major (caeteris paribus) in fre-  
quenter, quam in semel lapsis dumtaxat. Caeteris  
(in quaenam) paribus: quia semel lapsus ex certa  
malitia, difficultas convertitur, quampli quam le-  
mel lapsus ex ignorantia, vel infirmitate (upto  
gravius, diuturnius, & periculofius lapsus, juxta S.  
Thomam 1. 2. q. 87. a. 4.) semel etiam lapsus  
in peccatum maximè tenax, praesertim luxuriæ,  
difficultas convertitur, quamvis aut ter lapsus  
in alio generi non viscoso. Quia, ut S. Doctor  
ait q. 73. a. 5. ad 2. peccatum luxuria est maxi-  
mæ adhærentiae, & difficile est ab eo homo posse eripi.

### C A P U T XXXIX.

Ad plenam conversionem magni peccatoris ma-  
gna requiriatur Dei gratia & misericordia,  
precibus magnis ordinariè impetranda.

N On fine magna ratione Petrus Soto lect. 17. 573  
conqueritur, pœnitentia donum non fatis  
utilitari a plurifice Christianorum, in pœnitentia  
negotio revera sic se gerentibus, quasi minimo  
negotio vera ageretur pœnitentia, potest committi  
crimina. Quod quidem accidit ex molitie &  
ignavia novissimorum horum temporum; sed cui  
magnum fomitem (inquit in addit. ad 5. p. Metho-  
di Confess. tit. de Confess.) subministrant tanta  
tamque varia & diversa, quæ doceri compicimus,  
ut vehementer timeamus à variis & peregrinis  
doctrinis. Aliis persuasum est animo & intentione  
quantumvis remissis veram agi pœnitentiam....  
Alii alii pietatis & misericordia prætextibus flati-  
tim consolari volunt, & securos redire possi-  
entes. Quibus omnibus verbis hac Cypriani re-  
pondunt.... Cùm scriptum sit, qui vos felici  
dicunt, in errorem vos mittunt, &c.

Noter hæc Reymakers, qui in appendice sua  
responsionis brevia n. 252. varè & sufficienter po-  
nitentes censem peccatores, qui oratione unum  
continet actum contritionis legum, cum inten-  
tione seu voluntate elicendi actum contritionis.  
Occasionem sic opinandi accipere potuit ex Metho-  
di Confessionis loco citato, ubi sic: quicumque  
ex animo & devote sequentes veritates dixer-  
int, sciat se esse in gratia, etiam omni pœnitela  
peccata admittent.

Domine Iesu Christe, sic vel sic contra tuam  
infinitam bonitatem peccavi. Quod mihi impi-  
nis diphilet: ratione cuius pœnitentiam ago, “  
quia te offendit, qui totus es venerandus & co-  
lendus, quodque mandatum tuum transgredens”

sum. “ Domine Iesu Christe, bonum habeo pro-  
positum, tuo juavim intercedente, mihi in fu-  
turum præcavendi, ne recidam in peccatum, “  
& peccatorum occasions pro viribus evitandi.”  
Domine Iesu Christe, bonam habeo volun-  
tatem, peccatorum meorum confessionem in-  
tegre faciendo tempore & loco, secundum tuum  
& sanctæ Matris Ecclesiæ præceptum, necnon  
restituendi unicuique ablatum, cum facultas  
erit.”

Sed qualiter tres illæ veritates, ex Gersono 575  
fumpitate (prosperavit Soto in fine annotationis  
supradictæ) sint accipiendæ, hinc intellige. Pri-  
mo hoc certè sciri non potest, an scilicet ex animo,  
coquè pleno, & devote ex toto corde peccator  
dixerit; sed est nonnunquam omni de colla-  
boratione conscientiæ, quod nos possit consolari,  
si illæ veraciter, si ex toto corde, plenaque vu-  
luntate

lontate dicantur; non autem solo verbo, vel cogitatione, vel velleitate quadam. Gaterum precatio-  
nes illas, uti & alias ejusmodi, frequenter à  
peccatoribus magis labis diei, vel cogitatione,  
vel velleitate, quam corde toto & pleno, verili-  
me audit Soto. Ita namque eis, nec plena con-  
versionis donum tam facile acquiri, ut Reyma-  
kers patet, satis conflat tum ex dictis n. 22.  
cum ex dictis cap. 27. & 28. ampliusque confita-  
bit ex dictis & Soto ipse ostendit in tract. de  
Institut. Sacerd. leet. 17.

<sup>575</sup> Protelò nob̄ magis fieret poenitentia donum,  
si tam facili & fere nullo negotio ordinarse com-  
parari posset, nec in tam laboriosis & diutius  
poenitentia operibus Ecclesia per duodecim secundum  
poenitentem definhisset, prifquā eos Deo re-  
conciliasset. Arqui " diligenterne curandum  
(ait Soto leet. illa 17.) ut magis hoc donum  
poenitentie & iustificatione adfmetur. Ita enim  
fieri, ut & ardentius petatur, & à Domino nif-  
teri recordius & liberalius donetur. Nam profecto  
pro nihil, aut pro minimo ducere remissio-  
nem peccati, & gratiam praestendi, quantum  
nob̄ videtur. unum est coram, quæ maxime  
timida sunt Christianis, & quibus putamus  
maxime indigui fieri illis donis. Et propter  
sicut inter pœna signa & conjecturas verae  
poenitentia & remissio peccati (quæ nob̄  
quaerenda sunt, non ex nostro iudicio, sed ex  
Scriptura) non minimum putamus esse, magis  
ultimare hoc donum, & Deo summe de hoc  
gratum esse. Ita è contrario unum coram quæ  
principiis nos suspectos redire debent, & tunc  
dos, ne nob̄ nisi nob̄ remissa peccata, nec  
concessum poenitentia domum, et leviter hoc  
donum permisimus, nec de eo humilibus ac  
seruentibus precibus, poenitentia que ac pœnitatis  
operibus impetrando valde sollicitum fuisse...  
Itaque timor nostrum est populo Christiano, & rh-  
odi, ne ex facilitate remissionis peccati, ac pœ-  
nitentia, quam illi putant... hæc minoris  
quam opus est faciat, quasi quotidiana... Qua-  
re nullam popularēm opinionem putamus dili-  
genitus extendam ab amnis Christianis, quam  
hanc, tam in omnian astimationem, & tam  
parvam considerationem horum donorum Dei,  
in remissione peccati.

Pienam igitur conversionem peccatoris Iaphi  
in crimen, esse gratia divinaeque misericordia  
donum, de fide est, & Scriptura docet. Acto-  
ri. 11. penitentiam dedit eis ad uitam. 2. Timoth.  
3. nequando Deus dei illis penitentiam. Tam  
magnum verò est donum illud, ut satis alti-  
mari immiti posfit. Hac Sotis loco citato ex  
tribus ostendit: ex magnitudine malū, unde per  
poenitentiam liberamur; ex magnitudine boni,  
quod à malo illō liberati consequtur; ex magna  
misericordia, quæ Deus nullo nostro merito, in-  
dignis & damnationem promeritis, ex sola gra-  
tuita misericordia sua illud concedit.

<sup>578</sup> De primo (inquit) magnitudine scilicet mali,  
unde per poenitentiam liberamur, sive de gravi-  
tate peccati, non potest fari dicti. Est contemptus  
Dei, & offensa, opere ipso atque facto abne-  
gatio ipsius, & prælatio quedam creatura ipsi  
Deo in corde peccantis. Sed nihil magis immiti-  
siam hanc gravitatem peccati ostendit, quam quod  
non sine Filii sui sanguine & morte placuit Deo  
peccata remitti. Et cum rursum post hanc remis-  
sionem, tanto prelio comparatam, peccamus;  
Paulo teste, rurus crucifiximus ipsum Filium  
Dei, & ostentui habemus. Et, ut alibi ait, quando magis  
putavis deteriora mereri supplicia (quam trans-  
gressores legis veteris qui Filium Dei conculca-  
verint, & sanguinem Christi pollutum dax-  
erint, & Spiritui gratia contumeliam fecerint?

Quid potest in exaggerationem peccati gravius di-  
ci? Toti Trinitati contumeliam inferti, sanguinem  
Christi polluti, ipsum conculeat. Denique ex  
gravitate pœna æterna, scilicet damnacionis, pec-  
cati gravitas patenter innotebit. Ab hisce vero  
malis omnibus poenitentia liberat.

De secundo vero, magnitudine scilicet boni,  
quod à tantis malis per poenitentiam liberati con-  
sequimur, quantum scilicet donum sit remissio-  
nis gratia, quam magna sit, quæ conferuntur à  
Deo cum illa, fari offendit, quod fibi nos recon-  
ciliat Deus, & veram nobiscum init amicitiam  
auctus credens. Quid vero magis quam amicum es-  
te Dei? *Nimis bonitati sunt amici tui Dei.* Et  
quam intima hac amicitia, per quam tota Trini-  
tas nos inhabitat! Ad eum (inquit) veniemus,  
Et mansuetum apud eum faciemus. Spiritum quo-  
que suum nobis dat, ut Joannes inquit: *In hoc*  
*cognoscemus, quia in eo manemus; quoniam de*  
*Spiritu sancto procedemus.* 1. Joan. 4... Itaque  
hoc Dei donum non fari commendari potest,  
de quo merito illud Salvatoris ad Samaritanam  
dicere possumus: *Si scires donum Dei,* Joan. 14.  
Denique B. Augustinus tam hoc opus iustifica-  
tionis fact, ut verba illa Christi: *qui credit in*  
*me, opera quæ ego facio, ipse faciet, & majora*  
*horum faciet;* de hoc iustificationis opere expo-  
nit, quod cooperante Deo nos etiam facimus:  
*Profsus (inquit) magis hoc eſi dixerim, quam*  
*est calum & terra, & quæcumque cernimur in*  
*celo & in terra. Calum enim & terra transibunt;*  
*predicatiorum autem, id est eorum quos preſe-*  
*titus & iustificatio permanebit. In illo sanum o-*  
*pera Dei, in ipsi etiam imago Dei.* Et denique  
Angelorum creationis hoc opus ibi conferens:  
*Nom (inquit) hic audes precipitare sententiam.*  
*Intelligat qui potest, judicet qui potest, utrum ma-*  
*gius sit iustus creare, quam iugos iustificari? Cer-*  
*te enim si aquilis est utrumque potestis, hoc mu-*  
*ndus est misericordia. In quibus verbis magna cer-*  
*te est commendatio hujus divini doni. Si Deus*  
*propter hominem aliquem nunc integrum mun-*  
*dum, nec minorum quam hic est quem habe-*  
*mus, de novo eraret, calum, terram, & excri-*  
*ta omnia, Angelos, & euæda spiritualia: quan-*  
*ti fieri? Et tamen absque comparatione iustifi-*  
*cationis opus magis est. Illud poenitentia donum*  
*Gregorius Magnus in Psal. 7. Pœnit. (si tamen*  
*ipse est Author) ad v. non avertas te, dicere non  
dubitatis, quod unum est ex perfectis donis, decen-*  
*dentibus à Patre luminam, magis resurrectione*  
*mortuorum. Ut pote per quod homo de iusto fit*  
*iustus. Quid tantum est bonum, ut iustificatis*  
*omnibus Paulus dicat 1. Cor. 3. Omnia vestra*  
*sunt, sive Pauli, sive Apollo, sive Cephas, sive*  
*mundus, sive vita, sive mors, sive presentia, si-*  
*ce futura; omnia enim vestra sunt, vos autem*  
*Christi, Christus autem Dei. Quid potest magis*  
*dici?*

Jam tertium quod diximus, huic cumulo non  
parum superaddit. Quod icilice à tantis malis  
Dei gratia & misericordia nos liberat, rotque &  
tantis bonis dat, absque merito nostro, illud  
repugnantibus omnibus nostris meritis... Com-  
mehazat (inquit Paulus) Deus charitatem suam in  
nobis. Quoniam cum ab aliis inimici essemus, Chri-  
stus pro nobis mortuus est. Quantum verò hoc? ut  
cum post hoc beneficium inimicos nos constitue-  
rimus, rursum nos invitat ad amicitiam & reci-  
piat?.... Denique & ita trahit, ut nisi traheret,  
nequam redire possemus. *Nemo venit ad me,*  
*niſi Pater meus traxerit illum.* Merito itaque glo-  
riatur Deus: *Ego sum, qui deleo iniurias tuas*  
*propter me.* Isa. 43. & Ezech. 16. *Non propter vos*  
*ego faciam donum Iſrael, sed propter nomen san-*  
*ctum meum.*

581 Quod si tantum Dei donum, tamque gravatum est conversio cujuslibet peccatoris; quando majus Dei donum est conversio magni peccatoris, maximè confutudinarii, vel qui per frequentes relapsus frequenter prophanavit Pœnitentia Eucharistieque Sacraenta?

582 Magna profunda gratia, magna Dei misericordia necessaria est ad taliter immutandum cor ipsius, ut ex impuro purus, ex peccatore sanctus, ex carnali spirituali, ex terreno caelos, ex veteri homine novus, ex captivo diaboli, & peccati servo, Dei filius efficiatur. De peccatoribus enim 2. Timoth. 2. Paulus dicit, quod captivi à diabolo tenentur ad suam ipsius voluntatem. Et Joan. 8. Salvator ait, quod qui facit peccatum, servus est peccati. Quis vero dubitet ( ait Soto lcf. 9.) tam forte & crudelem Dominum non permisurum sibi servum, non tantum omnino se reliqueret, sibiisque rebellare, sed vel tantulum à se recedere, nisi à superiori compellatur potestate, divina scilicet, quod gratia certe est. Manet miser peccator viribus omnibus delitus, potestat illius totus traditus; de qua Job dixit: Non est possest super terram, que ei possit comparari. Nequit igitur vel tantulum reffirare ab ea servitius, nisi fortior supervenerit, qui fortem illum armatum, custodiendum castrum suum, vicent. Luc. 11.

583 Sed qui peccavit, maximè si enormiter peccavit, &c. se quasi in profundissimum abyssum dejectum considereret necesse est, aque à iepso precipitatum, & absorptum à vi & tempestate profundissimi mari. Magna vero gratia opus est, ut peccatorum pondere in tam profundam abyssum dejectus, & usque ad profundum illius demersus, in calum affliger, & in altum usque ad amplexum Dei affurgat, à prædominante creaturam amore, quo tenaciter est adiutorius, ad prædominantem Dei amorem perveniat, de manuque tot & tam potentium inimicorum libertatus, in sanctitate & iustitia Domini serviat. Hoc enim quam difficile sit, ex dictis cap. 38. perspicuum est. Quando vero difficillor opero torque peccatorum conversio, tanto potenter ad eam gratia, tanto major Dei misericordia requiritur.

584 Diffficilis prorsus res ( ait S. Bernardus ferm. de tripli misericordia ) & soli divina virtus possibilis, sufficiunt semel peccati iugum à cervicibus excutere. Quoniam qui facit peccatum, servus est peccati, nec est jam liberari. Nisi in MANU FORTI. HAC EST MAGNA MISERICORDIA, MAGNIS NECESSARIA PECCATORIBUS.

585 Magna denique Dei misericordia ad plenam magni peccatoris conversionem opus esse, Pta. 50. satis expressit Prophetus Regius, dum pro adulterio & homicidio, post tantas gratias à Deo acceptas, a Nathan Prophetae correptus, magnam Dei misericordiam imploravit dicens: miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Ut enim ibi Augustinus, qui magnam misericordiam deprecatur, magnam misericordiam confitetur. Et qui in magna est miseria, magna opus habet misericordia. Magna quoque medicina opus est, ad subveniendum gravi vulneri. Dum ergo dicit: miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam; perinde est, ac si dicat ( secundum Augustinum interpretem ) subveni gravi vulneri, secundum magnam medicinam tuam. Porro magnam illam misericordiam magnis precibus ordinariè impearandam esse, sequenti capite probabitur.

586 Nec tamen, cum dicimus, plenam conversionem peccatoris magnum esse divina gratia & misericordia donum, negamus initium conversionis, & primam velut ipsius conceptionem, feta a Deo, quibus ad plenam conversionem disponimur, esse gratia donum. Prorsus de fide est, quod

sit gratia donum. Principium namque primum penitentia, primaque ius origo est operatio divina gratiae, quâ Deus hominem ad se vocat, prout Tridentinum definit feli. 6. c. 6. Disponuntur ad ipsam iustitiam, dum exercitati divina gratia, & adjuti, &c. Huic operationi gratiae accedit actus fidei, deinde timoris divinae iustitiae, exinde spei, postea amoris. Dei tamquam fontis omnis iustitiae, ac denique penitentis ex amore concepte, ut cum S. Thoma 3. p. q. 5. idem Concilium tradit ibidem. Omnes illi actus in peccatori conversione concurrunt, vel actu, vel virtute, vel semper, vel frequenter. At omnes illi a Deo ex gratia sunt. De fide ( sine qua impossibile est placere Deo ) non est dubium. Et enim principium omnis bona cogitationis necessarium ad conversionem. Nec enim sufficiens sumus aliquid cogitare ex nobis quasi ex nobis sed insufficientia nostra ex Deo est. 2. Cor. 3. Per fidem cognoscimus penas & supplicia impis destinata, atque ex eorum cogitatione nascitur salutarius timor, de quo Icriptum est: Timor Domini expellit peccatum. Timor vero peccarum, quas fides docet, non solum est bonus & utilis ( praefertim impensis & incipientibus ) sed & gratiae Spiritus sancti impulsus. Unde & illum à Deo Psalmista peti. Ps. 118. configit timore tuo carnes meas. Et de illo Hierem. 3. Deus dicit: timorem meum dabo in corde eorum. Denique supernaturalm esse Alexander VIII. declaravit, dum propositionem hanc 14. inter 31. damnavit: timor gehenna non est supernaturalis. Si timor est supernaturalis, quia fundatur in fide; spes quoque supernaturalis est, & gratia donum, ut potest similiiter fundata in fide, quâ credimus quod Deus benignus est, & praestabilis ( super malitia. Jœl. 2. Si fides & spes, à fortiori charitas, seu dilectio Dei tamquam fontis omnis iustitiae, penitentia que inde concepta, supernaturalis est, & gratia donum, ut in illo locis Scriptura contellatur.

#### CAPUT XL.

*Magnam illam gratiam, seu plena penitentia donum, Deus prefat gaudiem omnibus penitentibus, quomodo & quantum res tanta petenda est ( humili usque, ferventi & perseveranti oratione ), pauci tamen ex magnis peccatoribus, maximè confutudinarii & frequenti relabentibus, gratiam illam & donum obtinent, quia paucipetunt, quomodo & quantum res tanta petenda est.*

Q UOD Deus penitentis gratiam & donum præfet omnibus penitentibus, quomodo & quantum res tanta petenda est, constat ex illis scriptibus, & Patrum testimoniorum, quibus Deus dona sua promittit penitentibus ut oportet, peccato & accipietis, &c. Necnon ex illis, quibus Deus testificatur fe nolle mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Ex illis denique, quibus docemur, quod Deus voluntate antecedente semper ex se patratus est vera conversionis gratiam peccatoribus dare.

Quod nihilominus pauci ex dictis peccatoribus donum illud & gratiam plene conversionis recipiant, quia pauci petunt quomodo & quantum res tanta petenda est, experientia docet: siquidem ex ipsis longè plurimi vel non orant pro illius obtentu, vel nonnulli leviter & momentaneè; non autem sicut Scriptura & Patrum oracula docent orandum. Eo quod utique non satis percipiunt miseria sua magnitudinem, doni pro quo orare debent excellentiam, pro illo denique obtinendo humiliter, ferventer, & perseveranter orandi necessitatem, quam Scriptura traditioque docet.

Pto